

pturis aduerfa. Sed hos ipsos rogatos velim, vt antea rem accurate examinent, quam praeceps iudicium ferant. Nec opinio adeo noua est, ac vulgo putatur. Nonnulli graecae ecclesiae antiftites dudum statuerunt, Iesum anno vltimo et emortuali pascha legale omnino non celebrasse. Hanc Graecorum mentem declarauit GEORG. CEDRENVS in *Compendio Histor. f. 175. edit. Parisiensis, et Venetae f. 139.* docens, Dominum, Iudaico paschate omnino praetermisso, τὸ μουσικὸν δειπνον tantum peregrisse, ac nouum instituisse pro vetere. Ex antiquis doctoribus planissime hanc sententiam exposuit PETRVS, Alexandrinus Praeful, Θεῖον ἐπισκόπων χεῖμα, *diuinum Episcoporum decus, cum ob totius vitae sanctimoniam, tum ob studium ac peritiam scripturarum, EVSEBIO H. E. L. IX. cap. VI.* adpellatus, et sub MAXIMINO tyranno martyrii corona redimitus. Id apparet ex egregio illo fragmento, quod IS. CASAVBONVS a graeco mercatore nactus est, et suis Exercitationibus inseruit, *XVI. num. XII. p. m. 333. (*)* Suffragan-

(*) Ἐν ᾧ καιρῷ ἔπαθεν ὑπὲρ ἡμῶν κατὰ σάρκα ὁ Κύριος ἡμῶν καὶ Θεὸς Ἰησοῦς ὁ Χριστός, τὸ κατὰ νόμον οὐκ ἔφαγε πάσχα· ἀλλ' ὡς ἔφην, αὐτός, ὡς ἀληθὴς ἀμνός, ἐθύθη ὑπὲρ ἡμῶν ἐν τῇ τοῦ σκιώδους πάσχα ἑορτῇ, ἐν ἡμέρᾳ παρασκευῆς, τῇ ἰδ τοῦ πρώτου μηνὸς τῆς σελήνης, h. e. *Eo tempore, quo pro nobis passus est secundum carnem Dominus noster et Deus Iesus Christus, pascha legale non comedit: sed, vt dixi, ipse tanquam verus agnus oblatus est pro nobis in umbratilis paschatis festo, in die parasceues, die XIV. primi mensis lunaris.* Eandem PETRI ALEXANDRINI sententiam recitat auctor *Chronici Paschalis in Praefatione* statim sub initium f. 5. *edit. Paris.* ὁ Σωτὴρ οὐκ ἔφαγε τὸν ἀμνόν· ἀλλ' αὐτός ἔπαθεν, ὡς ἀληθινὸς ἀμνός ἐν τῇ τοῦ πάσχα ἑορτῇ, *Seruator in vltimo videlicet festo Paschali, quod σαυρωσίμιον dicitur, non comedit agnum, sed ipse passus est, vt verus agnus, in Paschali festiuitate. - - Isto igitur die, quo Iudaei manducaturi erant Pascha, crucifixus est Dominus noster, et Saluator Iesus Christus, hostia factus iis, qui sumturi erant fidei secundum illum mysterium.*